



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 81. Alphonsus novus Neapolis Rex investituram a Papa petit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. LXXXI.

Sæcul. XV.

A.C. 1494.

Alphonsus novus Neapolis Rex investituram a Papa petit.

Cum Neapolitani ante Gallici exercitus adventum in publicam seditionem erumpere, inconsultum judicassent, haud quaquam Alphonso, ne Patris sui regnum possideret, obliktati sunt. Porro Alphonsus consenso folio Pontificis gratiam aucupaturus, pollicebatur, se Joanni, & Godefrido Borgiæ, ambo bus ejusdem filiis nothis daturum duo præcipua Regni Neapolitani beneficiaria prædia, duasque militum centurias regius sumptibus alendas, unacum triginta aureorum millium pensione, simulque Cæsari jam tum Cardinali pinquia spopondit Sacerdotia. Papa promissione accepta Joanni Borgiæ Cardinali S. Susanna, ut Alphonsum Neapolis Regem coronaret, negotium dedit, & desuper die decima octava Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto diploma edidit (*). Hac in re sum-

(*) Hoc diploma Pontificium Commi nœus Tom. V. integrum recitat.

Sæcul. XV. summus Pontifex flocci pendebat servi-
 A.C. 1494. das Caroli VIII. preces, quibus hujus Re-
 gis inaugurationem differri, nilque con-
 tra jus, quod in hoc regnum Rex Chri-
 stianissimus haberet, attentari rogabat,
 donec ipse litem armis diremisset. Id ta-
 men in hoc negotio adhuc magis admiratu
 dum dignum est, quod summus Ponti-
 fex eodem temporis momento, quo Jo-
 annem Borgiam Nepotem suum ad Al-
 phonsi coronationem Neapolim destina-
 verat, junctis cum Ludovico consiliis ac
 sumptibus recentem militiam, ut eidem
 Neapolitano Regi bellum inferret, con-
 duxerit, suisque copiis præfecerit Pro-
 sperum Columnam, Carolo VIII. addi-
 etum. Nec minus eodem tempore da-
 tis ad Briffonnetum literis eidem purpu-
 ram pollicitus est.

§. LXXXII.
*Novi Senatorum conatus ad impedi-
 dum Regis iter.*

Interea Caroli Regis Consiliarii Neapo-
 litanam expeditionem iterato conatu
 eidem dissuadere tentabant, occasione
 capta ex Pontificis inconstantia, & Pe-
 tri Medicæi defectione, qui Ludovicum
 conspiracys adversus se initæ insimu-
 lans, præindignatione cum Neapolis Re-
 ge foedus restaurabat. Consiliariis fave-
 bant